mea. Afflictus sum
et humiliatus sum nimis:
rugiebam a gemitu
cordis mei. Domine ante
te omne desiderium
meum: et gemitus
meus a te non est abscon
ditus. Cor meum
conturbatum est dere
liquit me virtus mea:
et lumen oculorum meo
rum: et ipsum non est mecum.
Amici mei et proximi
mei: adversum me ap
propinquaverunt et ste
terunt. Et qui iux
ta me erant de longe
steterunt: et vim fa
ciebant qui querebant
animam meam. Et qui
inquirebant mala mihi
loquti sunt vanitates:
et dolos tota die me

ditabantur. Ego autem
tanquam surdus non au
diebam: et sicut mutus
non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo
non audiens et non habens
in ore suo redargutiones.
Quoniam in te speravi:
tu exaudies me domine
deus meus. Quia dixi ne
quando supergaudeant
michi inimici mei: et
dum commoventur pedes
mei: super me magna
loquti sunt. Quoniam ego
in flagella paratus sum:
et dolor meus in con
spectu meo semper.
Quoniam iniquitatem meam
annunciabo: et cogitabo
pro peccato meo. In
imici autem mei vivunt:
et confirmati sunt super me:

License: PUBLIC_DOMAIN – Zürich, Schweizerisches Nationalmuseum, LM 4624.2, f. f.%2036v – Breviary of Jost von Silenen, <i>pars aestivalis</i> (http://www.e-codices.ch/en/snm/LM004624-2/f.%2036v)